

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

di diffinitionem ponit. ij. posterior. Secundo ex illis diuisionibus concludit diffinitionem anime. Circa primum permittit sex diuisiones. Quarum prima est entis in decem predicamenta. et illa innumerat paucis verbis in textu cum sic dicit. Nos philosophi dicimus unum genus entis esse substantias per quod intelligitur quod ens etiam habet alias partes scilicet alia predicamenta.

Huiusmodi autem:

Hic ponit aliam diuisionem. Et est ista. quod substantia diuiditur in materia formam et totum compositum. Et differunt partes istius diuisionis sic. quod materia per se non est hoc aliquid. id est completum ens in actu sed est in potentia tantum. sed forma est actus et species secundum quam aliquid dicitur esse in actu et hoc aliquid. Totum compositum est aliquid constitutum ex materia et forma.

Arguitur. Substantia diuiditur in corporea. et incorporea. ergo male dicitur quod in materia formam et totum compositum. Ad id quod substantia capit dupliciter. Uno modo generaliter putat omne subiectum accidentis vocat substantia. et sic diuiditur in corporea et incorporea. quod substantia incorporea scilicet separata est subiectum accidentium spiritualium sicut substantia corporea est subiectum accidentium materialium. Alio modo capit substantia per substantia physica siue naturali. et sic diuiditur hic substantia in materia formam et totum compositum. Unde Aristoteles. sicut hic est philosophus ita loquitur de substantia physica. et ideo sub ista diuisione non continentur substantie separate sicut sub prima. Et si diceret aliquis quod substantie separate sunt forme. ergo continentur sub forma. Dicendum quod non sunt forme sicut forma diffinitur hic. quod forma est secundum quam res est hoc aliquid. quod est falsum de substantiis separatis. quod substantie separate non dant esse materiale. quod non habent materia per quam in physicis res est hoc aliquid.

Arguitur. Materia est aliquid in actu. ergo non est in potentia. quod ferrum est materia cultelli et tamen est ens in actu. Ad id quod duplex est materia. quodammodo est simpliciter prima que est subiectum forme substantialis. et sic materia est simpliciter ens in potentia. quod secundum se accepta non includit aliquem actum siue formam. Alia est materia secunda que est subiectum forme accidentalis siue naturalis siue artificialis. et talis materia licet sit in actu simpliciter. est tamen in potentia secundum quid. quia est in potentia ad formam accidentalem.

Queritur. Sub quo membro substantie continentur anima. Ad id quod continentur sub forma. Arguitur tamen quod non. quod anima est hoc aliquid. ergo non est forma. Ans. probatur quod per se subsistere. ergo

est hoc aliquid. Dicendum quod dupliciter accipitur hoc aliquid. Uno modo aliqua res dicitur hoc aliquid. quod per se subsistit ex sua propria natura. et sic substantia materialis opposita ex materia. et forma vel etiam substantie separate dicuntur hoc aliquid. unde anima non est tunc hoc aliquid. Alio modo accipitur hoc aliquid per se illo quod potest per se subsistere quod uis naturaliter sit pars alterius. et sic etiam anima dicitur hoc aliquid. et proprie anima rationalis que potest per se subsistere. Et simile est de partibus substantiarum quas Aristoteles non vocat substantias sed presubstantias. et tamen potest per se subsistere. Per hoc ergo dicendum est quod illud quod dicitur primo modo hoc aliquid est totum compositum. sed non quod secundo modo est hoc aliquid quod tunc etiam partes substantie siue essentielles siue integrales possunt dici hoc aliquid.

Arguitur. Anima nec est prima substantia nec secunda. et per consequens anima non est substantia. Ad id quod substantia completa diuiditur tali diuisione. sed anima non est substantia completa sed pars substantie. Et ergo reducibilis ad tale diuisionem. sic pars ad totum quod in vltimo accepta est pars secunde subiecte. Sed anima singularis est pars prime substantie. Et ideo non oportet quod anima constituat unum gradum nouum in entibus. quod non est res completa in sua natura. sic sunt substantie separate. et ideo tales subiecte faciunt nouum gradum in entibus creatis.

Arguitur. Anima est in alio. ergo est accens. et per consequens non est substantia. Ad id quod licet est in alio non tamen sicut accens in subiecto. sed sicut pars in toto et non sic pars integralis. sed sic pars essentialis. ipsa enim cum corpore essentialiter constituit totum compositum scilicet corpus aiatum.

Et hoc quidem duo.

Hic ponit terciam diuisionem que est quod actus siue forma diuiditur in actum primum et in actum secundum. Actus primus est sic scia. Actus secundus est considerare. oportet enim primo scias inesse alicui antequam possit considerare vel operari secundum illam sciam. Ratio diuisionis est quod actus diuiditur in ordine ad potentiam et contra finem ergo duplicem potentiam erit duplex actus. Est enim una potentia essentialis que est ad formam essentialem que est actus primus. Alia est potentia ad operationem consequentem ipsam formam et tali potentie correspondet actus secundus. prime vero actus primus.

Arguitur. Scientia est accens. ergo est actus secundus. Ad id quod scia potest ad duo comparari. Uno ad formam substantialem scientie et ad scientem. et sic est actus primus quod forma substantialis est prior ipsa scia que est illa forma. Alio modo comparatur ad speculationem siue considerationem. et sic scia est actus primus. quod necessario presupponit in aliquo antequam possit considerare sed illa sciam. Ex quo patet quod non est inconueniens aliquid idem comparari ad diuersa esse actum primum et secundum. Et quod